

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

G ante N

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

GIN GIR GIT GLA GNI GNO GOB GOM GOR 145

cuntur Gindareni, quorum meminit Plin. li. 5. c. 23. Gindus, fluvius qui per Dardanos fluens ingreditur Tigrim. Gingi, Ἰγγία, Oppidum Comagenes, nō procul ab Euphrate fluvio. Autor Plin. lib. 5. cap. 24. Gion, Vide GEON. Girim, mons apud Garamantes, in quo nasci gemmas vetustas testata est. Gitta, Ἰττά, Vrbis Palæstinae, Steph. G G ante L. Glandomiron, Ἰλαδομίρων, Oppidum est Gallæcorum Lucensium in tractu Tarracensis Hispaniæ. Autor Ptolemæus lib. 2. cap. 6. Glanicus, Amnis, qui & Liris appellatur, in cuius ripa templum fuit Mariæ nymphæ Minturnensis. Vulgò Garigliano. Plinius lib. 2. cap. 5: Minturnæ Glanico amne diversæ, Liri appellato. Glanis, Ἰλάνης, Hetrurix fluvius, in Tyberim influens: cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgò Chiana. & Glanis item sive Glanus, piscis astuosissimi nomen, qui aversos mordet hamos, nec devorat, sed esca spoliatur. Idem lib. 32. cap. 10: Verrucas tollit glani jecur illitum. Glanum, Ἰλάνιον, Salyant oppidum est in Alpibus, Narbonensem provinciam spectantibus. Autor Plinius libro 2. capite 9. Vulgò Cap. Glaphyrus, pen. corr. Ἰλαφύριος. Notissimus adulter Iuvenalis tempore, cuius meminit Satyr. 6: Vxorera ducis, de qua eitharædus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater. Nomen deductum est à festivitate & elegantia, quam Græci Ἰλαφύριον dicunt. Glaphyræ, Ἰλαφύριος, Vrbis Thessaliæ, à Glaphyra conditore Magnæ filio. Homerus: Ἰλαφύριος Ἰλαφύριος. Est & vicus Ciliciæ, à Tharso versus Occidentem triginta stadiis distans, Stephan. Glauciā, Ἰλαυκία, oppidum Ioniæ, Steph. Glauci tribus, Ἰλαυκίαι τριβύται, in Lycia est, à Glaucio Heroe dicta. Gentile Glaucodemus. Glauco, Ἰλαυκός, Hippolochi filius, qui in Trojano bello Priamo suppetias tulit: homo tam stupidus, ut cum Diomede armotū permutacione factā, nec accepit pro aureis. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio proverbio celebratur: quo utitur, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. & Fuit & alter Glauco piscator, qui quum pisces captos in ripa explicasset, subito contracta quadam herba se colligenter, in fluvium prosterent. Admiratus itaq; Glauco herbæ illius vim, quum & ipse degustasset, pisces sequutus, in aquâ insiluit: marisq; Deus factus creditur. Alii alter referunt fabulam: Glauco in signe utinatore rem fuisse, qui quum sepius inspectantibus suis mancipibus in fluvium se deiecisset, diutiusq; sub aqua moratus semper emerisset: tandem quum illis frustra expectantibus non rediret, creditum est Glauco factum esse maris Deum. Hinc natum proverbium: Glauco comesta herba habitat in mari, Ἰλαυκός φάγοις πικρὴν βίβησεν Ἰλαυκός. Dicitur apparere per jocum deus, qui quum peterint, tamē vulgò creduntur vivere. & Alius præterea Glauco fuit, Sisyphi filius, qui quum equas suas humana carne pasceret, ab illis etiam ipse devoratus est. Vnde natum adagium: Glauco alter, Ἰλαυκός ἄλλος ἰσχυρὸς ἰσχυρὸς: id est, Glauco alter ab equis devoratus. Quadrabit in nomine alendis equis exhaustientem facultates suis. & Est etiam Glauco, nomen piscis. Plin. lib. 6. cap. 16: Quidam rursus estus impauencia mediis fervoribus, sexagenis diebus latent, ut glaucus, fassell, auratic. Idem lib. 32. cap. 11. tradit glaucum ætate non apparere. Glessaria, insula in Oceano Germanico, quæ (Solino teste) focconum gignit: Sadau vulgò appellata, haud longè à Prussia. Gletæ, Ἰλετταί, gens Iberica post Cynetas, Steph. Glifias, Ἰλιφίας, Vrbis Bœoticiæ, à Glifone aut Glifante quodam dicta, Stephanus. Glycon, Ἰλικόν, apud Horatium lib. 1. Epist. Nomen est gladiatoris robustissimi. Nec (inquit) quis desperes invicti membra Glyconis: Nodosa corpus nobis prohibere podagra. & Fuit & nomen medici Panisæ, qui mortuo domino ex vulnere, quod in prælio Mutinensi acceperat, in carcerem conjectus est, & à Torquato parricidii accusatus, tanquam vulneri venenum indidisset. Sueton. in Augusto: Panisæ quoque adeo suspecta mors fuit, ut Glycon medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Cic. ad Brutum: Tibi Glycon medicum Panisæ, qui fororem nostram Achilloc in matrimonium habet, diligentissime commendo. G G ante N. Gnidus, Ἰνδός, Vulgò Cabo erio, Vrbis insignis in extremo cornu peninsulæ Carix adhaerentis sita, Veneris templo & signo Praxiteles in primis nobilis. Horat. 1. Carm. O de 30. O Venus regina Gnidi, Paphiæ. E' Gnido viri memorabiles fuerunt, Eu-

doxus mathematicus Platonis sodalis, Agatharchides Peripateticus, historix conditor, Theopompus Iulio Cæsari familiaris, Artemidorus eius filius, & his antiquior Cretas, qui Xerxem medicatus est, & res Syriacas, Persicasq; conscripsit. Gnidus, a, um, ut Gnidia Venus, Cic. de Divinatione. Gnosidicus, Ἰνσίδικος, Clarissimus Asclepiadarum, Nebri filius, pater Hippocratiæ, Aenei & Podalirii: avus autem Heraclidæ qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctoris. Autor Steph. in dictione COS. Gnosios, Ἰνσίος, Vulgò Candia, Vrbis Crete fuit Minois regis, quæ alio nomine Cerathus, ut scribit Strabo appellata fuit à fluvio eius nominis. Gnosius, a, um, quod est ex Gnosio urbe: ut Gnosius civis, Gnosia littora, Gnosia regna. Ovid. in Epist. Parid. Non habuit tempus quo Gnosia regna videret, Aptius. & Pro eodem etiam dicitur Gnosiacus, a, um: ut Corona Gnosiacæ apud Statium lib. 1. Syl. Gnosius, a, um, Idem quod Gnosius. Lucan. lib. 3: Creta vetus populis, Gnosiasq; agitare phæteras Doctæ. Gnosia, idis, Patronymicum foeminiuum, Ovid. Epistol. 1: Et Phœbus Daphnen, & Gnosia Bacchus amavit. G G ante O. Gōarenē, es, Ἰνσάρενη, Regio Arabiæ non procul à Damasco, quæ & Gōarca Ἰνσάρενη, dicitur, Autor Stephanus. Gōbzum, Ἰνσόβιον, Promontorium Galliæ Lugdunensis, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. In plerisq; exemplaribus Gabcum legitur, non Gōbzum. Gōbryās, Ἰνσόβριος, Nobilis Persarum Satrapes fuit, unus ex iis qui cum Dano conjurarunt adversus Magos. Nam erat: Darii foecer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, ut ostendit Herodotus libro 7. Gog, [Ἰνσόγος] & Magog, [Ἰνσόμαγος] Voces sunt in Sacris literis aliquoties repetitæ: quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari. Hieronymus tamen in Ezechielem movit allegoricum sensum subesse, nullorq; iis nominibus populos significari. Gōlgi, Ἰνσόγος, Stephanus, Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus in Nupt. Pelei: Sancte pater, cuius hominum qui gaudia misces, Quiq; regis Gōlgos, qui que Idaliū frondosum Quo in loco in omnibus ferè exemplaribus hætenus corruptè lectum est Colchos: Aldi vetus editio tamen Gōlgi habet. Gomolix, Ἰνσόμοιξ, populi Idumæe Gomphi. Vide Philippi, & Gomorrhum utroq; modo oppid. Solin. Gomorrhā, a, vel Gomorrhum, ihi, (utroque enim modo dicitur.) [Ἰνσόμορις] oppidum Iudææ, ab Asphaltite lacu bautum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum. Gōmphi, Ἰνσόμοφι, Vrbis Thessaliæ, Steph. Gondræ, Ἰνσόδρα, populi Thraciæ, apud Herod. Cindra & Rhōda legitur, Steph. Gōnēs, Ἰνσόνες, Vrbis Thraciæ, cuius incolæ aliqui vocāt Adriā-nopolitas, Steph. Gōnni, Ἰνσόνι, vel Ἰνσόνος, & Ἰνσόνι, Vrbis Perthæbiæ à Cuneo quodam Cyphi nepote dicta: Regia Gōnnia, Stephan. Vide GONVVA. Gōnnis, Vrbis est in superiori parte Thessaliæ, unde ad Thessalliam introitus comperitur. Gōnōs, Ἰνσόνος, Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Ergino fluvio. Autor Plin. lib. 4. cap. 11. Gōnusa, Perthæbiæ Vrbis, Steph. Gorama, Regio Arabum Scenitarū, cuius incolæ Gorameni. Gōrdiānt, Tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos. Vide Herodianum lib. 2. Gōrdiūs, Ἰνσόδοις, Phrygiæ rex fuit, rusticus aliquin & ignobilis. Quum enim Phrygiæ oraculum de rege creando consuleantibus, responsum esset, ut eum in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur: venit ut Gordius summo mane ad agrum properans, loraque plausii gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consalutatus, lora ad rei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeo perplexus, ut indissolubilis putaretur: circumferreturq; oraculum, ut regno potiretur qui lora dissolveret. Hunc nodum Alexander quum dissolvere non posset, ense dissecuit. Hinc factum est, ut Nodus Gordius, notissimo proverbio dicitur de rebas indissolubilibus. Gordieum, Ἰνσόδοις, urbs magna Phrygiæ juxta Cappadociā, à Gordio patre Midæ. Gordimurus, Ἰνσόδοις, Vrbis Midæ, à Gordio filio cōdita. Gordix, Ἰνσόδοις, regio Perthæbiæ, à Gordia Triptolemi filio, Steph. Stephanus vocat Gordos & Gordochoz hos populos, & montes Gordyxos. Gordynia, Ἰνσόδοις, urbs Macedoniæ, Steph. Gōrgiās, Ἰνσόδοις, Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipulus, &

K